

Doctrinæ utilitatem seu sufficientiam A
 numeri beatitudinum, quæ sumi potest
 quoad diuersas opiniones; ordinatio-
 nes, remunerationes.

Sermone quinto, de primâ beatitu-
 dine differit & dicit. I. Paupertatem
 aliam esse pauperum Christi quæ vo-
 luntaria est, nihil temporale ambiens
 aut diligens, nihil perdere metuens;
 aliam pauperum huius mundi, quæ ne-
 cessaria est; aliam pauperum diaboli-
 quæ simulata, cum demerito, habet
 annexum cruciatum culpabilem: 2.
 Pauperem spiritu amat sed respuit; ni-
 hil boni à se reputat habere; vere hu-
 milis est; 3. Paupertati voluntariæ bea-
 titudinem in præsentem promitti, quia
 conformes Angelis facit; Christi pau-
 pertatem imitatur; cælestibus parti-
 cipat.

Sermone sexto, secundam beaitu-
 dinem mititatem christianam agnoscit
 cuius considerat; Subiectum mititas e-
 nim triplex est, naturalis ab ipsâ naturâ
 emanans; criminalis, quæ maximè ex
 displicendi timore venire solet; vir-
 tualis, quæ cum gratiâ gratum faciente
 militat, quam gratia charitatis infor-
 mat. Meritum, triplicem enim com-
 prehendit in se virtutem lenitatem
 quantum ad motum mentis; æquani-
 mitatem quantum ad insultum hostis;
 innocentiam quantum ad actum ho-
 minis; Præmium, quia si rabies miseria
 est, mititas beatitudo est; hominem im-
 passibilem efficit; possessionem dat ter-
 ræ quam terimus, gerimus, quarimus.

Sermone septimo, in tertiâ beaitu-
 dine quæ est luctus, consolationem ve-
 ram deprehendit & attendit huius luctus;
 I. Debitum lugere enim tenemur pro
 præteritâ vitâ; præsentem miseriâ; futurâ,
 lætitiâ ut impetremus remissionem, con-
 solationem, promissorum exhibitio-
 nem: II. Meritum, nam flere debemus
 peccata, quibus proximi Deum offen-
 dunt; cæcitatem peccantium quæ in
 mundo regnat; destructionem terra-
 rum, ciuitatum, patriarum, afflictio-
 nem & mortem: III. Præmium, quod
 est, peccatorum remissio; læticia ex
 peccatorum remissione nascens; Bea-

titudo siue large sumatur, pro gratiâ
 gratum faciente, siue propriè pro per-
 fectione animæ purgatæ immediatâ ad
 beatitudinem, siue propriissimè pro
 beatitudine præmij.

Sermone octauo, beatitudinè quar-
 tam attendens eam in fame & siti iusti-
 tiæ ponit quam triplicem dicit; Prima
 est fames iustitiæ quæ unicuique quod
 suum est tribuit; Deo quidem hono-
 rem, amorem, timorem; sibi ipsi mun-
 ditiam in corde, custodiam in ore, dis-
 ciplinam, in corpore; proximo, obe-
 dientiam superiori, concordiam æquali,
 beneficentiam inferiori: Secunda, fa-
 mes gratiæ, satiatur pars rationalis di-
 uinâ veritate per fidem; pars irascibilis
 diuinâ sublimitate per spem; pars con-
 cupiscibilis diuinâ bonitate per chari-
 tatem: Tertia, fames gloriæ, in gloriâ
 autem saturabitur intellectus de diuinâ
 visione; memoria de securitate diuinæ
 possessionis; voluntas de diuinâ frui-
 tione.

Sermone nono, de misericordiæ per-
 fectione loquitur quæ quinta est beati-
 tudo in qua medicatur; Commenda-
 tionem virtutem, ad quam necessaria
 compassio miseriarum; iniuriarum cõ-
 donatio, peccatorum deploratio, ple-
 nitudinis gratiarum exoptatio; om-
 nium supportatio, cum omnibus com-
 municatio, in spiritualibus; tempora-
 libus, corporalibus coadiuuatio; con-
 gratulatio de omnino bono: nulla offe-
 n-
 sio, nulla circumuentio, nulla tempo-
 ralis affectio, paterna & materna di-
 lectio: Retributionem temporalem
 quæ est quadruplex gratia sc. confer-
 uans; viuificans; consummans; liberans:
 Remunerationem æternalem; triplicem
 misericordiæ triplex dabitur gloria,
 magnæ quâ dispensamus pauperibus de
 bonis nostris magna; maiori quâ omnia
 bona nostra damus, maiori quâ omnia
 quæ totos nos Deo damus per religionis
 ingressum, maxima.

Sermone decimo, in sextâ beaitu-
 dine sc. munditiâ cordis tria consi-
 derat. Studium, triplex est munditia
 cui homines student, corporalis quæ di-
 uitum mundanorum, atque vanorum;
 hypo-